



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

46 Testator, quando prohibere non poßit, ne Episcopus piam ejus  
dispositionem exequatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- erorum canonum dispositionem eadem statuta recognoscere, & ad animatum salutem moderari, & exequi facere debent privilegia, aut statutis, & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus, concil. Trid. in cap. 8. de reform. sess. 22.
- 40 Ideò † vigore ejusdem constitutionis statuta confraternitatum moderationi, & correctioni Episcoporum sunt expressè subjecta, ut in d. §. statuta autem, & concil. Trident. eod. cap. 8. in fin.
- 41 Maxima quidem est † Ordinariorum auctoritas, Anchar. conf. 155. num. 7. quem citat, & sequitur Card. Tusc. præc., concl. tom. 3, conclus. 254, præsertim in concernentibus confraternitates, & alia loca pia, quæ etiam, si sint exemptionis privilegio munita, eorumque cura, & administratio ad laicos pertineat, ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, possunt visitari, Clem. quia contingit §, ut autem præmissa de relig. dom. & concil. Trid. in cap. 9. de resor. sess. 22.
- 42 Sunt etiam Episcopi † in casibus à jure concessis omnium piarum dispositiōnum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos executores, ut in eodem cap. 8. sess. 22. cap. nos quidem cap. si heredes cap. tua nobis, & cap. Ioannes, de tifl. dicta Clem. quia contingit, vers. nos in Curiam de religio. dom. & etiam de jure civili, ut l. nulli, C. de Episc. & cler. quod etiam servat, de tenet curia Archiepiscopalis Neapolitana, ut in rit. ult. num. 1, & 2.
- 43 Et omnes † villæ, & Castra, quæ sunt de territorio civitatis præsumuntur esse de dicēci Episcopi, qui tanquam diœcesanus, exequi debet testamenta ut in ipsis facta, ut dicta, nulli, & ibi Bald. num 13,
- C. de Episc. & cleric. in causa hujusmodi legatorum piorum, † quorum executio ad ipsum spectat, potest Episcopus etiam esse iudex, & constituere procuratorem ad agendum coram se, Gemin. conf. 2. 14. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. t. viii. 3, conclus. 257, num. 7.
- 45 Sed in concursu † ille Episcopus dicitur executor, in cuius diœcesi sita sunt bona distribuenda, non autem ille, in cuius jurisdictione testator morabatur, quia, sicut decretum necessarium in alienatione bonorum interponi debet per illum judicem, in cuius jurisdictione sita sunt bona, ita etiam executio spectat ad illum Episcopum in cuius jurisdictione sita sunt, ut post Roman. conf. 250 in prin. quem citat & sequitur Card. Tusc. tom. 3. concl. 293, num. 27. quem vide de hac re in eadem conclusione plura suo more disertè differentem.
- 46 Nec potest testator prohibere, † quominus Episcopus exequatur ejus voluntatem in concernentibus dispositionem ad pias causas factam; si executor nominatus adimplere distulerit, & in auth. de Eccl. tit. §, si quis autem pro redemptione, & ibi Bart. in princ. & gloss. dicto cap. tua nobis in ver. interdici, & ibi Abb. num. 5. & idem tenet Feder de Sen. conf. 293, per tot. quem citat, & sequitur idem Card. Tusc. ex conclus. 293, num. 38, ubi dicit, quod si testator dederit executores, & desierint, vel negligentes fuerint, siue non dederit, & utroque casu prohibuerit, ne Episcopus se intromittat, hoc non obstante, Episcopus erit executor contra disposita à testatore per auth. licet C. de Episcopis, & Clericis, quia † privata dispositio testatoris non potest genera-

Ffff 3

lem